

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 54.

Elysium-Meum, Die Martis, 7. Aug. 1810. (Neov. 17. Julii, 1810.)

Q u a e s t i o

Fuitne Reformatio Europae benefica?

Secundum Monthly repertory decisa per W.

Utrum *Protestantismus* ita dictus, Generi & Societati humanæ emolumento, aut secus fuerit? — ex aliquo tempore admodum sollicite quæsitum est, quæstio & argumentum isthoc erat a nationali Gallico Instituto præmio propositum; dissertatio cum successu edita Cl. C. Villers typis excusa admirationem ellicit, creditumque: per eam demonstratum esse: Reformationem non modo progressum, sed & socialis ordinis emendationem adjuvisse.

In Anglia contrarium scribitur — singularis satis res est: dissertationem de consecretariis Reformationis ab erudito Catholici Status (Galliæ) Instituto præmio donatam, in statu reformato & intolerante præterea, qualis Anglia est, adversarios nactam esse. Mihi interim fas esto individuali convictioni innixam, fortassis erroneam opinionem meam depromere, utpote: virum adeo cultæ mentis doctumque, qualem Cl. Villers esse perspeximus, emolumenta, quæ Reformationi at-

tribuit favorabili cum effectu ex alio eventu memorabili e. g. detectione Americæ, Asiæ circumnavigatione, inventione & perfectione artis typographicæ &c. derivare potuisse & meliore Jure rationeque quidem.

De rationum pondere et argumentationum Cl. Villers dubia & difficultates obtendi possunt; id quidem verum est: Europam meliorem hodie ac ante 3 sæcula esse conditionem, esse eam populosioram, pauperri- mos quosque etiam pluribus viæ deliciis frui; proportionem bene cultorum, probe educatorum & mente politorum Individuo- rum in dato personarum numero amplio- rem esse, decentiam & artem, scientiam & gu- stum dilatatum & diffusum esse, per hæc & producta & effectus eorum esse propaga- tos. Efficacem philantropiam, austeriores du- rioresque leges emollitas, numerum benefi- corum Institutorum auctum esse.

Verum enim vero: quantum ex cun- ctis memoratis & dubio nulli obnoxio ad melius progressibus Reformatio sibi vindicare, quam parum ex cunctis his e. documentis ei attribui potest! si 300 illi anni, qui ex an- no 1500, quo paulo post Reformatio coepit, usque 1800 præteriere, in æquales partes exi- gantur, fatendum est: spiritum & Zelum re- formationis durantibus primis 150 annis fer- ventissimum fuisse; ast propagationem uni- versalis Culturæ & prosperitatis postremis primum, ubi fluctus in magna jam parte con- sedere, & pro ratione qua ii compositi sunt,

sæculis, primum adparere & in oculos incli-
dere — hi progressus tam in populositate
quam vero Cultura mentium orti potissimum
sunt ex auctis facultatibus, & hæc opulentia
commodiorque viveandi ratio rursus erat con-
suetarium explicati & diffundentis se conti-
nuo Commercii, quod ex detecta bonæ spei
promontorio, detecta via in Indias orienta-
les redundavit, proin operæ Am. Vespuccii C.
Columbi, Barth. Diazzo, V. de Gama &
aliis ol. Italis igitur & Portugallis nen vero Ger-
manis aut Gallis debetur. — Eventus hi, quos
universalis totius orbis Palingenesia conse-
quebatur, Reformationem aliquanto tempo-
re præcedebant, & nullum prorsus cum ea
nexum habebant.

Si Status per Reformationem convulsi in
Catholicos & reformatos dividantur eique in-
vicem conferantur, deprehendatur: reforma-
tos in genere sub primis centum quinquagin-
ta annis magis incultos fuisse, ut propemo-
dam victoria novarum opinionum regressus
in Cultura Civili fuisse causa videatur. —
Catholici vero Status eundem culturæ gra-
dum retinuerunt, contra protestantici in feri-
tate gradu uno regressi sunt. Quem Catho-
lica Italia sub Domo Medicea, Gallia sub
regimine Ludovici XIV. Culturæ gradum at-
tigit, eum Anglia, si adepta, profecto rerum
nonnisi potente Gregorio I. ex domo Brunsv.
Hannov. & Germania Protestans tardissime
sub Friderico II. consecuta est. Si Conse-
daria effectuque Reformationis summam

& in genere ad has Epochas exigantur, sane, arduum est ejus beneficia & merita apprehendere & intelligere. Cultus sanctorum a Catholicis fortioribus argumentis rationibusque propugnatus, quam ab adversantibus ei Protestantibus oppugnatus & ad eum infirmandum argumenta in medium allata fuissent. Usus imaginum statuarumque in locis cultui divino dicatis progressui, gustus artium Commercio Culturæque adcommodatior faventiorque fuerat. Vacuitati quæ abolitionem imaginum statuarumque consecuta misticismi Contemplationes, Capitumque promissiones apud Protestantes sinistre perperamque surrogatæ sunt.

Effectus Reformationis in ratione Politicæ Institutionis æque parum salutaris erat. Libertati Civili ubivis vulnus inflictum. — Potestas Regum Sveciæ, Daniæ & Britanniæ per eam ad religiosam hanc conversionem tanto efficacius defendendam eccellente perniciosoque gradu aucta est. In quibusvis Europæis Catholicis Statibus perinde Imperantium potestas intensa ad oppositum finem, oppressionem utpote protestanticarum opinionum obtinendam & impetrandam.

Major securitati tranquillitæque publicæ quam libertati jactura illata est. Occasione reformationis confiscationes, proscriptiones, persecutiones, dissidia in una eademque gente in eadem Civitate & urbe locum habuere. — Sæva persecutio Henrici VIII. Regis Angliæ filiæque Mariæ ex reformatio-

ne ortum duxit. — Lanixena in nuptiis Parisiensi inter Henricum Bearn Bourbonium & Margaretham Valensiam filiam Henrici II. in Festo Bartholom. in Gallia, persecutiones parum meditatae Elisabethæ Tudor, in Anglia 170 Catholicos Presbiteros ordine uno in furem agentis, quod sacra Majorum docuerat, ex Reformatione promanere. Bellum nefarium & oruentum tricesnale in Germania cujus devastationis diræ hodieum vestigia visuntur, prout & perniciosa Imperii Germanici in plures independentes minores Status Principatus Ducatus dismembratio, quæ præcipui Gallicæ potentie adversarii vires infregit, ampla & permanentia mala erant, quæ Europa Reformationi debet. — Bella civilia funesta Britannorum sub infelici Carolo I. B. ex domo Stuart quæ regicidium comitabatur, rationem suam in ea habuerunt.

Animo meo persuadere nequeo: aliquem benignum Reformationis concessarium serio statuere adfirmareque posse: potentatem communis Imperii Capitis tantopere debilitatam restrictamque amplum & potentem Statum in 3—400 minores imbelles, erga se invicem æmulos Status divisum solumque esse — qui se mutuo bello impetere, atque laxis dumtaxat continuo se magis solventibus ligaminibus connexi fuere. Natio 30 constans millionibus incolarum, a natura ad principem in politico Europæ Systemate occupandum destinata, hac solutione prorsus politica convulsione cecidit, & ex hoc arti-

& in genere ad has Epochas exigantur, sane, arduum est ejus beneficia & merita apprehendere & intelligere. Cultus sanctorum a Catholicis fortioribus argumentis rationibusque propugnatus, quam ab adversantibus ei Protestantibus oppugnatus & ad eum infirmandum argumenta in ædium allata fuissent. Usus imaginum statuarumque in locis cultui divino dicatis progressui, gustus artium Commercio Culturæque adcommodatior faventiorque fuerat. Vacuitati quæ abolitionem imaginum statuarumque consecuta misticismi Contemplationes, Caputumque promissiones apud Protestantes sinistre perperamque surrogatæ sunt.

Effectus Reformationis in ratione Politicæ Institutionis æque parum salutaris erat. Libertati Civili ubivis vulnus inflictum. — Potestas Regum Syecis, Daniæ & Britanniæ per eam ad religiosam hanc conversionem tantè efficacius defendendam eccellente perniciosoque gradu aucta est. In quibusvis Europæis Catholicis Statibus perinde Imperantium potestas intensa ad oppositum finem, oppressionem utpote protestanticarum opinionum obtinendam & impetrandam.

Major securitati tranquillitatique publicæ quam libertati jactura illata est. Occasione reformationis confiscationes, proscriptiones, persecutiones, dissidia in una eademque gente in eadem Civitate & urbe locum habuere. — Sæva persecutio Henrici VIII. Regis Angliæ filiæque Mariæ ex reformatio-

ne ortum duxit. — Lanæna in nuptiis Parisiis inter Henricum Bearn Bourbonium & Margaretham Valesiam filiam Henrici II. in Festo Bartholomæi in Gallia, persecuciones parum meditate Elisabethæ Tudor, in Anglia 170 Catholicos Presbiteros ordine uno in furcam agentis, quod sacra Majorum docuerint, ex Reformatione promanavere. Bellum nefarium & oruentum tricesnale in Germania cujus devastationis diræ hodie dum vestigia visuntur, prout & perniciosa Imperii Germanici in plures independentes minores Status Principatus Ducatus dismembratio, quæ præcipui Gallicæ potentie adversarii vires infregit, ampla & permanentia mala erant, quæ Europa Reformationi debet. — Bella civilia funesta Britannorum sub infelici Carolo I. R. ex domo Stuart quæ regicidium committatur, rationem suam in ea habuerunt.

Animo meo persuadere nequeo: aliquem benignum Reformationis consecratum serio statuere adfirmareque posse: potestatem communis Imperii Capitis tantopere debilitatam restrictamque amplum & potentem Statum in 3—400 minores imbelles, erga se invicem æmulos Status divisum solutumque esse — qui se mutuo bello impetere, atque laxa duntaxat continuo se magis solventibus ligaminibus connexi fuere. Natio 30 constans millionibus incolarum, a natura ad principem in politico Europæ Systemate occupandum destinata, hac solutione prorsus politica convulsione cecidit, & ex hoc arti-

culo temporis facile spoliū suorum effecta hostium. — Aut vero fortassis hoc detrimentum per id compensabatur: quod Centum aliquot Principum aulæ exteram potentem aulæ in imagine æmulari imitæque studuerint? milites animi gratis interteuerint, & quavis data occasione ad morem Megalopolitani Iuvenis argumentum edere conisæ: posse se idem, quod Imperator? — Viribus Germanicæ nationis mutilatis consecuta vilitas, defectus communis voluntatis & Unionis, inanis carpindi cupido, interea omne sublime & nobile quod potentibus nationem designat perit — Principes soli lucta cum Imperatore se emancipavere, subditis in omnibus his minoribus Statibus haud multo melior Conditiō fuit, quam in vetere Regno Galliarum.

An Europa *Tolerantiam* debet Reformationi? Eodem prorsus modo ut Corticem Peruvianum Febri — postquam graviter irritantia remedia advegens Fanaticismum incassum adhibita, deprehenditur lenius operans at diutius ageas. — Tolerantia fretus Philosophiæ scepticæ genuinus hujus arboris fructus est. Quævis natio, in ratione suæ religiositatis regiminis conatus æquilibrium politicum inter religionarias sectas inducendi, renisa est. Hispaniæ & Angliæ populus est ut religione præstantissimus, ita & Intolerantia eminentissimus. — Scepticismō laborant omnes Philosophi a *Baylio* usque Germanum *Kantium* & eum ab Italo *Pomponatio* nato 1462 mutuati sunt.

At abolitio monasteriorum & religiosorum! — Ergo ne horum abrogatio & abolitio adeo immensum emolumentum? an non multa ex his Utilia accepimus? an non erant patientis humani generis optata Asila? fortassis evinci potest: Europæ Status Maximam quo pares sunt, populationis jam continent — augetur vero hominum genus in concinne: quo fit: quod ei conducatur, quod intercedit.

In summa: an non hodieque ita deprædicatus novus rerum ordo, quem *optimismi* encumbio celebrare placet, an Inquam ex Christiana patria in Europam non allatus? — En argumentum firmissimum: etiam obique ope reformatorum reformationem fortassis meliorem orituram fuisse. —

(Ex *Monthly repertory*)

Biographiæ aliquorum in hac Dissertatione occurrentium virorum. —

Columbus (Christoph) celebris navigator Genuensi ex pago Cogureto 1422 natus, sub Ferd. Cath. & Isabella detexit Insulam primum S. Salvat. (Quonahani) anno 1492 tum littora Americæ, factus Admiralis Ind. Occid. obiit Valadoleti 1506. Ulteriores detectiones fecit *Americus Vespuccius* Florentinus.

Gama (Vasco) Portugallicus Admiralis ex Sines, detectione Ind. or. ex promontorio Bonæ spei celebris sub Eman. M. 1497. altera vice 1502 expeditionem suscepit & 13 cum divitibus navibus rediit, ab Joanne III. Pro Rex Ind. creatus prius obiit, quam Cal-

cuttam pertigisset 1515 Cochinii. — Filii ejus Stephanus et Christoph. æque celebres Pro reges Ind. erant.

Pomponatius (Petrus) celebris sec. XV Philosophus, Mantuæ natus 1462. Statura tam modica ut vix pigmei excederet; at ingenio et mentis dotibus præstans. Docuit Philosophiam Paduæ aliisque in urbibus Italiæ magna cum nominis gloria. Edidit opus de *Immortalitate animæ*, quod cum impugnaretur, Apologiam scripsit, et ad arbitrum Card. Bembum provocavit, qui id nihil quod religioni adversaretur, continere existimasse fertur. Obiit ex doloribus vesicæ Bononiæ 1525.

In hac Typographia Viduæ et Heredum Belnayanorum libri sequentes venales:

- P. Basilii Alexovics Sermones Sacri, festuales & Dominicales, V. Tomi 8. maj. 10 fl.
 Hertzeg Piripionak tündér története írta Wieland után Magyar Földjeinek mulattatására Fellegváry Agoston. 8. 1804. 36 xr.
 Wieland, Téli Regi. 8. Posonyban, 1804. 20 xr.
 Theophron, vagy a' tapasztalt Tanácsadó tapasztalatlan Ifjúság hazsnára. 1804. in 8. 1 fl. 45 xr. Posta papirosra 3. fl.
 Fedor, és Mária, vagy a' hóltig-tartó ritka hűség, és a' nagyra vágyásból származott gyászos, de méltó szerentsétlenség' tüköre. N. V. Ajtay Samuel által. 1807. 2. 1 fl. 12 xr'